

Curtius Rufus Alexander der Große  
( der Gordische Knoten)

Alexander **urbe in dicionem suam redacta** Iovis templum **intrat**.

Vehiculum,

quo Gordium,

Midae patrem,

vectum esse constabat,

aspexit cultu haud sane a vilioribus vulgatisque usu abhorrens. Cultu in Bezug auf die Aufsattung/haud sane – kaum/vulgatus usu-allgemein

Notabile erat iugum adstrictum compluribus nodis in se ipsos implicatis et celantibus nexus.

Incolis deinde adfirmantibus editam esse oraculo sortem,

eum Asiae potiturum esse,

qui inexplicabile vinculum solvisset,

cupido incessit animo sortis eius explendae.

Circa regem erat et Phrygum turba et Macedonum,

illa expectatione suspensa,

haec sollicita ex temeraria regis fiducia:

quippe serie vinculorum ita adstricta,

ut,

unde nexus inciperet quoque se conderet,

nec ratione nec visu perspici posset,

solvere adgressus iniecerat curam ei,

ne in omen verteretur irritum inceptum.

Ille nequaquam diu luctatus cum latentibus nodis:  
'Nihil,'  
inquit,  
'interest,  
quomodo solvantur,'  
gladioque ruptis omnibus loris oraculi sortem vel elusit vel implevit.

1. kolometrische Schreibweise
2. Verbbestimmungen
3. Partizipialkonstruktionen markieren...
4. unbekannte Vokabeln
5. Übersetzungsvorschlag